

**I. SALUTANDI FORMULAE**  
FORMULES DE SALUTATIONS POUR DIVERSES OCCASIONS

1° **In primo congressu (*in integro*).** – En se rencontrant.

<p><i>Non temere docet quidam, ut salutemus libenter. Comis enim et blanda saluatio saepe conciliat amicitiam, inimicitiam diluit: certe mutuam benevolentiam alit augetque. Quidam usque adeo Demeae (*) sunt, ingenioque agresti, ut vix salutati resalutent. Nonnullis hoc vitii conciliavit educatio verius, quam natura.</i></p> <p><i>Urbanitatis est, salutare obvios, aut eos, qui nos adeunt, aut quos adimus ipsi colloquendi gratia. Item operis aliquid agentes, cenantes, oscitantes, singultientes, sternutantes, tussientes. In ructu crepituve ventris salutare, hominis est plus satis urbani. Sed incivilius etiam, eum salutare, qui reddit urinam, aut alvum exonerat.</i></p> <p><b>Salve pater ; salve matércula ; salve, mi frater. Ave, praeceptor observande. Salve multum, mi pátrúe. Salve, dulcíssime nepos. (1)</b></p> <p><b>NOTA :</b> (* ) Vide Terentii <u>Adelphous</u>. Demea duorum "fratrum" est pater qui ruri vitam agit.</p>	<p><i>On nous enseigne non sans de bonnes raisons à saluer bien volontiers autrui. En effet, souvent, une gentille et aimable salutation suscite l'amitié et dissipe l'inimitié : assurément elle nourrit et fait croître une mutuelle bienveillance. Certains sont véritablement des Déméa (*) et d'un caractère de rustre pour saluer à peine ceux qui les saluent. Certains tirent ce défaut de leur éducation plus que de la nature.</i></p> <p><i>C'est faire preuve de politesse que de saluer ceux que nous croisons ou ceux qui viennent à notre rencontre ou ceux que nous allons nous-mêmes trouver pour leur parler. De même, ceux qui réalisent quelque ouvrage, ceux qui dînent, qui baillent, qui ont le hoquet, qui éternuent, qui toussent. A l'occasion d'un rot ou d'un pet, une salutation est le propre d'un homme un peu trop poli. Mais il est encore plus impoli de saluer celui qui urine ou qui se soulage le ventre.</i></p> <p>Bonjour, mon père, bonjour, ma petite maman ; bonjour, mon cher frère. Bonjour, très respectable maître. Bonjour bonjour, mon oncle. Bonjour, mon gentil neveu (ou : petit-fils). (1) <u>Impératifs + vocatifs</u>.</p> <p><b>NOTE :</b> (* ) Cf Les Adelphe de Térence. Déméa est le père des deux "frères" et vit à la campagne.</p>
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

2° **Blandior saluatio inter amantes (*in integro*).** – Salutations plus douces des amoureux.

<p><b>Salve mea Corneliola, mea vita, mea lux, meum delictum, meum suaviu, mel meum, mea voluptas unica. meum corculum. mea spes, meum solatium, meum decus.</b></p>	<p>Bonjour ma petite Cornélia, ma vie, ma lumière, mon délice, mon amour (<i>ad verbum: lèvres tendues pour un baiser, baiser</i>), mon petit sucre, mon unique bonheur.</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

3° **Honoris gratia, aut secus.** – Salutations honorifiques, ou tout à l'opposé.

<p><b>Salve here.</b> <b>Ohe, salve tu quoque, bone vir.</b> <b>Salve vir ornatissime, clarissime.</b></p>	<p>Bonjour maître. Holà ! Bonjour cher ami. Je vous salue, très distingué, très illustre monsieur.</p>
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------

<p><b>Salve etiam atque etiam, litterarum decus.</b></p> <p><b>Salve plurimum, amicorum optime.</b>  <b>Salve mi Maecenas. (2)</b>  <b>Salve patrone singularis.</b>  <b>Salve vir spectatissime.</b>  <b>Salve unicum huius aetatis ornamentum.</b>  <b>Salve Germaniae delictum.</b>  <b>Salvete, quotquot estis, una salute omnes.</b></p> <p><b>Salvete pariter omnes.</b>  <b>Salvete belli homunculi.</b>  <b>Salve congerro lepidissime.</b></p> <p><b>Salve vini pernicies.</b>  <i>Responsio.</i> <b>Salve et tu gurgis, helluoque placentarum.</b></p> <p><b>Salve multum, virtutis omnis antistes.</b>  <i>Responsio.</i> <b>Salve tantundem totius probitatis exemplar.</b></p> <p><b>Salve anicula annos nata quindecim.</b>  <i>Responsio.</i> <b>Salve puella annorum octoginta.</b></p> <p><b>Bene sit tibi cum tuo calvitio. (3)</b>  <i>Responsio.</i> <b>Bene tibi cum lacero naso.</b></p> <p><i>Ut salutaris, ita resalutaberis. Si male dixeris peius audies. [...]</i></p>	<p>Que la gloire des lettres soit saluée encore et encore.</p> <p>Tous mes bonjours au meilleur des amis.  Salut, mon cher Mécène. (2) <i>Gram.</i> § 61.  Salut, protecteur sans égal.  Salut, homme remarquable.  Salut, joyau sans pareil de <u>notre</u> temps.  Salut, toi dont raffole toute l'Allemagne.  Je vous salue tous autant que vous êtes dans un même bonjour.  Je vous salue tous pareillement.  Salut, petits hommes de guerre.  Bonjour, très aimable camarade.</p> <p>Salut, l'engloutisseur de vin.  - Salut toi-même, espèce de gouffre, dévoreur de gâteaux.</p> <p>Bien le bonjour, champion de toute vertu.  - Je te salue autant, exemple de toute probité.</p> <p>Salut, petite grand-mère de quinze printemps.  - Salut jeune fille de quatre-vingts ans.</p> <p>Je te souhaite tout de bon, avec ta calvitie.  - Je t'en dis autant, avec ton nez de boxeur.  (3) <i>Subjonctif de souhait</i> : cf <i>Gram.</i> § 160.</p> <p><i>On te saluera comme tu auras salué. Si tu dis de méchantes paroles, tu entendras pire. [...]</i></p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

4° **Alia forma.** – Autre formulation.

<p><b>Salvus sis, Crito.</b>  <b>Bene tibi sit, vir optime.</b>  <i>Responsio.</i> <b>Et tibi melius.</b></p> <p><b>Pax tibi, frater, Christiana salutatio est. [...]</b></p>	<p>Bonjour, Criton.  Tous mes vœux, homme excellent.  - Et pour toi de meilleurs vœux encore !  "Paix sur toi, mon frère" est la manière chrétienne de saluer. [...]</p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

5° **Convivis (in integro).** – Aux convives.

<p><b>Bene sit universo coétui !</b>  <b>Sit felix convivium !</b>  <b>Precor ómnia laeta vobis ómnibus.</b>  <b>Deus bene fortunet vestrum convivium.</b></p>	<p>Bonjour à toute la compagnie !  Je vous souhaite un agréable festin.  Je vous souhaite à tous <i>tout de bon</i>.  Que Dieu bénisse votre festin.</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

6° *Sternutanti (in integro)*. – A celui qui éternue.

<p><b>Sit faustum ac felix.</b>  <b>Servet te Deus.</b>  <b>Sit salutiferum.</b>  <b>Bene vertat Deus.</b></p>	<p>Que cela te porte chance !          Que Dieu te garde !          Que ce soit pour ton salut !          Que Dieu le tourne en bien.</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

7° *Auspicianti quippiam*. – A celui qui commence quelque chose.

<p><b><u>- quoddam inceptum -</u></b>  <b>Sit felix et faustum reipublicae.</b>  <b>Bono sit omnibus, quod instituis.</b>  <b>Bene vertat, quod agis.</b>  <b>Bene fortunet Deus tuos labores.</b>  <b>Faveant superi tuis conatibus.</b>  <b>Quaeso, ut, quod instituisti, superis bene fortunantibus, feliciter absolvas. [...]</b></p> <p><b>Feliciter cedat, quod instituisti.</b>  <b>Feliciter exeat, quod aggressus es.</b>  <b>Precor, ut felix sit exitus, ac prosperum numen adspiret pulcherrimis coeptis. [...]</b>  <b>Prosperere succedat, quod auspicatus es. [...]</b></p> <p><b><u>- quoddam iter -</u></b>  <b>Precor, ut bonis avibus Italiam adeas, melioribus redeas.</b></p> <p><b>Opto tibi felicem cursum, et recursum feliciorem.</b>  <b>Faxit Deus, ut, itinere hoc feliciter peracto, brevi tibi prosperum reditum gratulemur.</b></p> <p><b>Contingat tibi feliciter et navigare et renavigare. Sit iter laetum, reditus laetior. [...]</b></p> <p><b><u>- quemdam contractum -</u></b>  <b>Precor, ut hic contractus commodo bonoque sit utrisque.</b></p> <p><b><u>- quoddam matrimonium -</u></b>  <b>Precor, ut hoc matrimonium voluptati sit omnibus nobis. [...]</b></p> <p><b><u>- novum annum -</u></b>  <b>Precor, ut hic annus tibi laetis auspiciis</b></p>	<p><b><u>- une entreprise quelconque -</u></b>          Que ce soit pour le bien du pays !          Que ton entreprise soit pour le bien de tous.          Puisse ton action réussir.          Dieu veuille bénir tes travaux.          Que le Ciel soit favorable à tes efforts.          Je souhaite que ce que tu as commencé, grâce à la bénédiction du Ciel, trouve un heureux accomplissement. [...]          Puisse ton entreprise bien avancer.          Que finisse bien ce que tu as entrepris.          Je prie pour que la fin soit heureuse, et qu'un bon ange favorise ce qui a si bien commencé.          Que le succès soit au bout de ce que tu as commencé.</p> <p><b><u>- un voyage -</u></b>          Je prie pour que tu gagnes l'Italie sous d'heureux auspices et que tu en reviennes sous de meilleurs encore.          Je te souhaite un heureux voyage à l'aller et un retour encore plus heureux.          Dieu veuille (4) qu'une fois ton voyage bien accompli, nous te félicitons bientôt de ton heureux retour.          Qu'il te soit donné une bonne traversée à l'aller et au retour. Que l'aller se passe bien, le retour encore mieux. [...]</p> <p><b><u>- un contrat -</u></b>          Je prie pour que ce contrat profite bien aux uns comme aux autres.</p> <p><b><u>- un heureux mariage -</u></b>          Je prie pour que ce mariage nous rende tous heureux. [...]</p> <p><b><u>- une nouvelle année -</u></b>          Je souhaite que cette année commence pour toi</p>
-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

<p><b>ineat, laetioribus procedat, laetissimis exeat, ac saepius recurrat semper felicior.</b>  <b>Responsio.</b> At ego vicissim tibi multa saecula felicissima precor, ne tu gratis sis nobis bene precatus.  [...]</p> <p style="text-align: center;"><b>- noctem -</b></p> <p><b>Opto tibi noctem prosperam, pater.</b>  <b>Precor tibi noctem placidam.</b>  <b>Contingat tibi felix somnus.</b>  <b>Det Deus placidam quietem.</b>  <b>Det somnum absque somniis.</b>  <b>Faxit (4) Deus, ut aut placide dormias, aut feliciter somnias.</b>  <b>Sit tibi fausta nox.</b></p>	<p>sous d'heureux auspices, qu'elle continue (sous des auspices) encore plus heureux et s'achève dans un parfait bonheur et qu'elle se renouvelle toujours plus heureuse.  - Et moi, à mon tour, je te souhaite de nombreuses années de prospérité, pour que tu n'aies pas fait pour rien cette gentille prière pour nous.  [...]</p> <p style="text-align: center;"><b>- une bonne nuit -</b></p> <p>Je te souhaite une bonne nuit, père.  Je prie que tu aies une nuit tranquille.  Qu'il vous soit donné un heureux sommeil.  Que Dieu vous accorde un paisible repos.  Qu'il vous accorde un sommeil (<i>somnus, i, m</i>) sans rêves (<i>somnium, ii, n</i>).  Plaise à Dieu (<i>ad verbum : Dieu fasse</i>) que vous dormiez paisiblement ou que vous n'ayez que des songes heureux. (4) <b>Faxit</b> : cf <i>Gram.</i> p.65, VII.  Que la nuit vous soit propice.</p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

8° **Vale, in digressu.** – Au revoir, quand on se sépare.

<p><b>Valete omnes. Bene vale.</b>  <b>Cura, ut quam rectissime valeas.</b>  <b>Valetudinem tuam cura diligenter.</b>  <b>Iubeo te bene valere.</b>  <b>Iam me tempus alio vocat, tu valebis.</b></p> <p><b>Valeto quam optime. [...]</b>  <b>Num quid (5) vis? Est aliud quod me velis?</b></p> <p><b>Responsio.</b> Nihil, nisi ut prospere valeas.</p> <p><b>Da operam, ut sis prospera valetudine.</b>  <b>Age curam valetudinis tuae.</b>  <b>Habe curam salutis tuae.</b>  <b>Fac ut proximo congressu te laetum ac nitidum videamus.</b>  <b>Iubeo te curare cuticulam .</b>  <b>Cura, ut sit mens sana in corpore sano.</b></p> <p><b>Da operam, ut totus valeas, tum corpore, tum animo.</b>  <b>Responsio.</b> Dabitur quidem opera. Valebis tu quoque. Tibi vicissim precor prosperam valetudinem.</p>	<p>Au revoir à tous. Salut / au revoir !  Prends soin de toi le mieux possible.  Prends bien soin de ta santé.  Je te salue (" je te veux en bonne santé").  A présent il est temps que je m'en aille ("le temps m'appelle ailleurs"), salut à toi.  Porte-toi le mieux possible. [...]  Veux-tu quelque chose ? Y a-t-il autre chose que tu veuilles ? (5) Cf <i>Gram.</i> p.43, I 1°.  - Rien, si ce n'est que tu sois en grande forme.</p> <p>Fais en sorte que tu sois en bonne santé.  Prends soin de ta santé.  Aie soin de ta santé.  Fais en sorte qu'à notre prochaine rencontre nous te voyions heureux et resplendissant.  Je veux que tu soignes ta petite personne.  Prends soin d'avoir un esprit sain dans un corps sain.  Fais en sorte d'aller bien sur tous les plans, physiquement et moralement.  - C'est sûr, je ferai ce qu'il faut pour cela.  Porte-toi bien toi aussi. A mon tour je te souhaite une bonne santé.</p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------